

II. ACTA IOANNIS PAULI PP. I

Marianum, vol. 40 (1978)

I. EPISTULAE

Data Iosepho S.R.E. Card. Ratzinger, Archiepiscopo Monacensi et Frisingensi, electo Misso Extraordinario ut sollempniis praesideret ad complendum «Annum Marianum» in Aequatoriana Reipublicae urbe Guayaquilio.
(1 septembris 1978) *

Laudum concentus, quo beatissima Virgo Maria in orbe terrarum solet celebrari, sublimius extolleatur — quemadmodum licet praevideri — hoc mense Septembri in Civitate Aequatoriana, ac quidem in urbe Guayaquilio, ubi, ad complendum ac terminandum indictum Annum Marianum, Conventus ex tota Natione honori Deiparae eiusdem agetur. Viget quidem ibidem memoria similis Coetus, ante viginti annos in praedictam urbem coacti, qui egregiis caeremoniis et spiritualium fructuum copia exstat insignis.

Consilio profecto sapienti, quippe quod ad huius aetatis postulationes ac necessitates referatur, duo documenta Magisterii Romani Pontificis proponentur, ut inter hasce celebritates altius perspiciantur: quorum alterum inscribitur «*Marialis Cultus*», alterum «*Evangelii Nuntiandi*». Itaque geminum quiddam ex hoc Conventu exspectatur: et auctus germanae pietatis in Dei Genetricem et impensior ardor salutiferum nuntium Christi quoquoversus disseminandi.

Nos vero, qui Aequatorianum populum sincera complectimur caritate, huiusmodi sollemnia quodam modo cupimus participare, quo maius iis momentum ac nitor accedant. Quapropter hisce te Litteris *Missum Extraordinarium* Nostrum eligimus, facimus, renuntiamus, eas tibi partes committentes, ut marialibus celebrationibus istis Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideas. Nec dubitamus quin, pro sacrae doctrinae ubertate, qua commendaris, et pro amore erga Matrem Christi Salvatoris et Matrem nostram, quo flagrare cognosceris, creditum munus praedclare, sollerter, fruifere sis impleturus.

Fulgeat igitur Guayaquilii novo quodam splendore mariale mysterium, ad quod stupens Sanctus Augustinus exclamavit: «Cuius enim mens ad cogitandum, cuius ad enuntiandum lingua sufficiat, non solum quod in principio erat Verbum, non habens ullum nascendi principium; verum etiam quod Verbum caro factum est, eligens virginem quam sibi faceret matrem, faciens matrem quam servaret et virginem... Quid est hoc? quis dicat? quis taceat? Et mirum dictu: quod eloqui non valemus, silere non sinimur; sonando praedicamus, quod nec cogitando comprehendimus».¹

Optantes Deumque rogantes, ut haec sollemnia in vitam singulorum hominumque societatis salubriter redundant, tibi, Venerabilis Frater Noster, necnon dignitatis tuae consorti Paulo S. R. E. Cardinali Muñoz Vega, Archiepiscopo Quitensi, qui, cum adiutoribus, in hunc apparandum Conventum multas curas intendit, ceteris Praesulibus, Magistratibus, sacerdotibus, religiosis et fidelibus, qui ea de causa istuc con-

* A.A.S. 70 (1978), pp. 760-761.

¹ Serm. 215, 3; PL 38, 1073.

gregabuntur, Benedictionem Apostolicam, caelestium donorum pignus, volentes impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 1 mensis Septembris anno MCMXLXXVIII,
Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. I

II. HOMILIAE ET ALLOCUTIONES

**Allocutio in exordiis pontificatus coram cunctis S.R.E. Cardinalibus habita,
atque per radiophonica et televisifica instrumenta in universum orbem
diffusa. (27 augusti 1978) ***

[...]

Rogamus universos filios Nostros, ut precibus suis Nos adiuvent, quia his tantum fidimus; bono animo Nos auxilio Dei committimus, qui, cum Nos ad munus ipsum in terra repraesentandi vocaverit, gratia sua omnipotenti Nos non destituet. Beatissima Virgo Maria, Regina Apostolorum, erit velut fulgida stella Pontificatus Nostri; Sanctus Petrus, «Ecclesiae firmamentum» (S. AMBROS., *Exp. Ev. sec. Lucam*, IV, 70; CSEL 32, 4, p. 175), intercessione sua et exemplo fidei invictae et humanae magnanimitatis Nos sustineat; Sanctus Paulus sit Nobis ductor, quem sequamur im-
petu apostolico, omnes populos mundi complectente; Sancti Patroni Nostri propitii Nobis adsint.

**Homilia in Sancti Petri foro habita, cum Ioannes Paulus I initium ministerii
Summi Ecclesiae Pastoris sollemniter sumpsit. (3 septembris 1978) ****
[...]

Circondati dal vostro amore e sostenuti dalla vostra preghiera, iniziamo il nostro servizio apostolico invocando come splendida stella del nostro cammino la Madre di Dio, Maria, «Salus Populi Romani» e «Mater Ecclesiae», che la Liturgia venera in modo particolare in questo mese di settembre. La Vergine, che ha guidato con delicata tenerezza la nostra vita di fanciullo, di seminarista, di sacerdote e di Vescovo, continui ad illuminare e a dirigere i nostri passi, perché, fatti voce di Pietro, con gli occhi e la mente fissi al suo Figlio, Gesù, proclamiamo nel mondo, con gioiosa fermezza, la nostra professione di fede: «Tu sei il Cristo, il Figlio del Dio vivente» (*Mt* 16, 16). Amen.

* A.A.S. 70 (1978), p. 699.

** A.A.S. 70 (1978), p. 714.

**Nuntius Episcopis et fidelibus Nationis Aequatoriana, II Congressum
Nationalem Marianum in urbe Guayaquilio celebrantibus, per radiophonica
et televisifica instrumenta diffusus. (24 septembris 1978)***

Venerables Hermanos y amadísimos hijos del Ecuador:

Con sumo gusto queremos unir nuestra voz a la vuestra, desde esta Roma centro de la catolicidad, para tributar un homenaje de filial devoción y amor a nuestra Madre del cielo, la Santísima Virgen María.

Sabemos que estáis celebrando el Tercer Congreso Mariano Nacional, bajo el lema: «El Ecuador, por María a Cristo». Haced de este lema todo un programa de vida y acción apostólica. María, la Madre de Cristo, Madre de la Iglesia y Madre dulcísima de cada uno de nosotros, sea siempre vuestro modelo, vuestra guía, vuestro camino hacia el Hermano Mayor y Salvador de todos, Jesús.

Y sea también Ella, en este momento difícil y lleno de esperanza, la estrella de la Evangelización en Ecuador y en toda la América Latina.

Con gran afecto paterno y en unión de plegarias, os benedecimos a todos, Pastores y fieles del Ecuador, en le nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.

* CONGRESO MARIANO NACIONAL. *Memorias*. Guayaquil, Editorial Arquidiocesana «Justicia y Paz», 1978, II, p. 18.